

C. 35

B

Glöd

25

p. Syria Graeca
25. Folj. Gedrig.
Folj. ffialy.

MOSES & ESRA
PRO REPUBLICA
SERVANDA

Psalmo XC.

AB ADMINISTRATIONE
ACADEMICA
HERMANNI von der HARTDT.

Helmstadii,
Typis SALOM. SCHNORRII.
A. MDCCXVI.

*Historiam quæras, cupis in-
tima viscera scripti:
Moses atque Esras sint do-
cumenta proba.*


S. A. MDCCXVI. d. 8. Jan.



HISTORIA


PSALMI XC.

Finita administratione Academica, reipublicæ conservandæ curam habere votis & precibus, spectata rerum dignitas suadet. Summam votorum nobis subministret *oratio sacra*, *Psalmo xc.* comprehensa. Non hic locus est commentandi, sed *sententiam auctoris genuinam* submonstrandi, pro Philologi munere. Non *Mosen* orationis esse autorem, uti res omnis singulis propemodum verbis nunciat, quæ in *Mosen* & illius ætatem nullatenus quadrant, ita agnoscunt recentiorum tolerantissimi, in quibus & *Salomo van Til.* Fatentur ingenue, elegantem esse dicendi ac scribendi rationem, *prosopopœiâ* concinnâ *Mosis nomine* dicere, autore alio divino: Quibus *prosopopœiis* nihil
):(2 fre.



frequentius in sacris nec elegantius. Malunt igitur *Davidem* autorem, qui plerosque Psalmos ab illo profectos existimant: Immemores interim, permultas in Psalmorum volumine orationes autores habere alios citra dubium. Conjicere aut definire docent circumstantiæ, in oratione suggestæ. Quo jure usuri & nos, ex toto orationis habitu colligimus autorem esse *Efram*, qui nomine *Mosis* precationem condiderit. Quod satis luculenter constabit ex orationis contextu & historiæ filo. Extra controversiam, agit autor speciatim de gente *Judaica*, & hujus statu ac fati, non de individuis aut personis humanis in genere: De populi *Judaici* republica ejusque fortuna, non de hominis ætate. Quod ut curate intelligatur, repetendum ex *historia Judaica*, mille annos fluxisse à *Mose* ad *Efram*, ab exitu ex ægypto ad templum secundum, instauratum sub *Zacharia*, *Efra* & *Nehemia*. Chronologia his effundet lumen clarissimum. Plerique consentiunt, à *Mose* & exitu populi ex ægypto usque ad templum per *Nebucadnezarem* deletum, annos ivisse nongentos, circiter, 903. nondum mille annis completis.


tis.
mi
plo
an
ter
ra
no
an
del
tion
Qu
vic
Qu
con
Jud
mo
Cy
nia
Za
agi
qu
del
Hy
à s
ten
cir
ter
ad



tis. Sic perierat prope *respublica* ante mille annorum finem. Posthæc, à templo deleto ad reditum ab exilio, usque ad annum primum Cyri, acti anni 53. Ulterius, à reditu usque ad templi restorationem, secundo Darii Hyftaspis anno, sub Prophetis Haggæo & Zacharia, anni 17. Quomodo à templo per chaldaeos deleto ad templi sub Serubabele instaurationem, Zacharia juvante, anni fuere 70. Quos 70. annos deleti templi plus simplici vice commemorat Propheta *Zacharias*. Qui templi jacentis anni 70. neutiquam confundendi cum aliis annis 70. exilii Judaici, ab anno 4. Jojakimi, seu primo Nebucadnezaris, usque ad primum Cyri, sive ab exitu ex Judæa in Babylo-niam ad reditum è Babylone in Judæam. Zacharias, ubi de templo resuscitando agit, intervallum annorum 70. nominat, quibus templum nullum, ab ultimo Zedekiaë anno usque ad secundum Darii Hyftaspis, Zacharia præsentem. Porro à secundo Darii, sive à Zacharia, vel & templi secundi initio, usque ad annum circiter duodecimum Darii, quando templum jam surrexerat & stabat, adeoque ad *Efram*, qui nuper anno 7.


);(3

Darii





Darii venerat, *anni decem.* Quo pacto à templi ruina ad Efram, anni fuerunt 80. Liquet *annorum mille populi Judaici*, ab exitu ex ægypto sub Mose ad Efram, *series*, superstitibus annis solum 17. pro mille annorum amplitudine complenda. Qui *reliqui 17. anni* sub Esra itidem dein finiti circa annum Darii Hytaspis 29. Integer *circulus mille annorum reipublicæ Judaicæ*, à Mose ad Efram, ab exitu ex ægypto ad annum circiter 30. Darii Hytaspis,

De his omnibus ordine & exacte *oratio præsens de statu reipublicæ Mosaicæ à Mose ad Efram*, principio & medio læto & splendido, fine tristi & infausto, Pingit & deplorat Esra, nomine Mosis, primi antecessoris, fundatoris, fortunam gentis & regni imbecillitatem suo ævo præsentem, *Brevitatem splendoris pristini comparat cum calamitate præsentem.* Breve vocat tempus prosperitatis in gente & regno. *Circulum istum mille annorum*, quibus gens steterit & reipublicæ nomen præ se tulerit, effigiat imaginibus variis, pro affectus teneritudine, *Mille istos rei publicæ an-*
nos



nos, à Mose sua ad tempora, *confert eum*
uno die, qui dum vix ortus inclinat in
vesperam. Mille in republica sua an-
nos effluxisse instar diei: Breve esse spa-
tium suæ gentis non nisi mille annos;
nec differre à die labente, cujus ortus
serenus, occasus obscurus. *Alia effigies*
florentis & deflorescentis Judaicæ rei-
publicæ, à Mose ad Efram, mille elapsis
annis, *herbæ & graminis fragilitas*,
quæ ab ortus præstanti decore post me-
ridiem statim collabascant & arecant
vesperi. Quam *postremam* inprimis
regni Judaici periodum describit Esra
peculiariter & distinctissime. כהמ
In istis mille annis ultimum seculum,
Esra præsentem, calamitosissimum esse,
A templo deleto ad illius resurrectionem
sub Zacharia Propheta, effluxisse 70. an-
nos, magnam ultimi seculi partem
ægerrimam. A Zacharia ad sua tem-
pora, quando circa annum 12. Darii
scripsit, templo jam iterum stante, for-
tunam apparuisse validiorem paulo ac
præstantiorem annis 10. Ut essent *seculi*
illius ultimi jam elapsi 80. anni. Nec
restare ex illis mille annis, pro tota
sua



 sua amplitudine, nisi pauculos, puta 17.
Et his ex toto ambitu auguratur nil nisi erumnam & miseriam: Quam ipso mox eventu abunde expertus est. Quin imo à fine primæ illius mille annorum periodi novum exilium gentis subitum sub Persis metuit. Quare, ad pœnitentiam hortatur suos, & apud Deum precibus intercedit pro republica in Hamanis insidiis servanda.


Psalmus XC.

תַּפִּילָה לְמֹשֶׁה אִישׁ הָאֱלֹהִים: v. 1.

Αντιβολία τῆς Μωσέως, ἄρσεν τῆς τῆς Μεγαλείων.
Precatio Mosis, viri Dei Ter-Maximi. Supplex oratio Esræ, nomine Mosis, pro republica Judaica, post captivitatem Babyloniam per Hamanem periclitante, servanda.

אֲרַנֵּי מַעַן אֲתָהּ הַיְיָ לִנְרַ בְּדוֹר וָדוֹר:
 ὦ δυνάστη! μὴ τὴν ἡμῶν ἐπὶ διατριβῇ καὶ διατριβῇ ὦ Domine! *Mansio tu sis nobis in generationibus. Fac, maneat gens Israëlitica ævis secuturis, nec extinguitur penitus, Hamane machinante.*

v. 2.



וְיִמְעוּלִים עַד עוֹלָם אֶתְּהָ אֵל:
 בְּמַרְסֵם הָרַם יִלְדֵהוּ וְהַחֲלִיל אֶרֶץ וְתִבְלֵה v. 2.


Ἐμπροσθεν ἢ τῶν ὄρει τεθλάσαι, καὶ ἡλύνας
 ξηραὶ καὶ πλήθος, καὶ διὰ νωλεμῆς εἰς τὸ
 νωλεμες, τὴν νηὶ ἀλυτες. *Ante quam mon-*
tes sunt nati, & generasti terram &
orbem, & de seculo in seculum, Tu, ὁ
Servator. Tu es æternus & immuta-
bilis, tu potes ea quæ fecisti conserva-
re, & ne pereat gens Israëlita à Te
condita prospicere, illam liberando &
contra Hamanis artes protegendo.

בְּנֵי אָדָם:
 תֵּשֵׁב אֲנֹשׁ עַד רַבָּא וְהֵאמֵר שׁוֹכְנֵה v. 3.

Ἐπιστρέφεις θανάσιμον εἰς τὸ κατὰ γῆς, καὶ
 μαρτυρεῖς. Ἀποστρέφετε νήπια ἀνθρώπων.
Convertis mortales in contritionem, &
dicis: Abite filii hominum. Tu frangis &
enervas nationes & populos, eosq; elimi-
nas & perdis; ut in Babylonis servitute
Judæos. Constituis nos gentem, & ex-
terminare potes per Hamanem & Persas.

כִּי יֵעָבֹר וְאַשְׁמֹרֶה בְּלִילָהּ:
 כִּי אֶלֶף שָׁנִים בְּעֵינֶיךָ כְּיוֹם אֶתְמֹל v. 4.

Ὅτι τὸ πολλοσὸν ἐνιαυτῶν ἐπὶ ταῖς γλῆναις
)(5 68



σὺ ὡς ἡμέρῃ ἢ τέμπαλι, ὅταν διεπέρσῃ, καὶ
 ὀρθρισμὸς ἐφ' ἡλύγῃς. *Nam mille anni*
sunt in oculis tuis sicut dies præcedens,
dum abiit, & ut vigilia noctis. Mille
 isti anni, quibus, à Mose, ab exitu
 ex Ægypto, usque ad hæc Esræ tem-
 pora, respublica Judaica stetit, effluxerunt
 instar unius diei, aut obscuræ noctis.


וְרַמְתָּ שָׁנָא יְהוּי בְּבִקְרָא כְּחֶצְרַר יְחִלְיָהּ v. 5.

Ἐξομαῖς αὐτῶς, ὕπνῳ εἰσὶ, ἐπὶ τῷ
 ἀγγαύρῳ ὡς χόρτῳ, ὃς ἐπαλλαγεῖται.
Impellis illos, somnus sunt: Mane, ut
gramen, quod mutatur. Dum irruisti
 in Judæos manu Babyloniorum, splendor
 ille prior mille fere annorum (à
 Mose ad Esram,) instar somnii expi-
 ravit, populo iterum hostibus serviente.
 In principio, sub Josua cœpit flo-
 rere; sed illud imperium instabile, quod
 vix mille annis duravit. Quid nunc fiat
 sub Hamane?

בְּבִקְרָא יֵצֵי יְחִלְיָהּ לְעָרֵב יְמִלְלֵל וְיִבְשׁ׃ v. 6

ἐπὶ τῷ ἀγγαύρῳ ἐξανθᾷ, καὶ ἐπαλλαγεῖ-
 ται, πρὸς ἐσπέραν λυμᾶινεῖται καὶ ψύχεται.

Mane



*Mane efflorescit (gramen & regimen)
& mutatur: Vesperimarcescit & arescit.*
Gens Judaica sui floris habuit initium
& finem, ab exitu ex ægypto sub Mose,
usque ad exitum in Babyloniam, à li-
bertate in servitutem,

כי כלינו באפך ובחמתך נבחרנו: v. 7.

Γὲ μὴν ἐξελείψαμεν ἐπὶ τῇ ἐνίωσῃ σου καὶ ἐπὶ
τῷ καύματι σου ἐπλήχθημεν. *Certe defeci-
mus in ira tua, & in æstu tuo percussi
sumus.* Regnum Judaicum per Baby-
lonios justo Dei iudicio fractum.

שָׁת עוֹנוֹתֵינוּ לְנֶגְדְךָ עָלְמָנוּ לְמֵאוֹרֶיךָ v. 8.

פְּנֵיךָ

κατέσθης τὰς ἀποστοπὰς ἡμῶν ἐγγύθι σου,
πλημμέλημα ἡμῶν εἰς λαμπρότητα τῆς ἐνώπιον
σου. *Posuisti errores nostros coram te, pec-
catum nostrum in lucem vultus tui.* Exi-
lium Babylonicum culpâ Judæorum,
ex idololatria, cædibus, & injustitia
fori, pro effatis omnium Prophetarum.

(6) (6)
v. 9. כִּי כָל יְמֵינוּ פָּנֵינוּ בְּעִבְרַתָּהּ כְּלִינָה


שְׁנֵינוּ בְּמוֹ הַגָּן :

Ότι ὅλαι ἡμέραι ἡμῶν ἐξένευσαν ἐπὶ τῷ ἐκ-
πυρισμῷ σου. Εξετελήσαμεν τὰς ἐνιαυτὰς ἡμῶν
ὁμῶς διηγήματι. *Certe omnes dies nostri
inclinavimus in fervore tuo: Consumsi-
mus annos nostros ut sermonem.* Ex
justo iudicio divino regnum Judaicum,
quod mille annis à Mose ad Efram du-
raverat, inclinavit & defecit, ut finire-
tur, sicut narratio finitur.

v. 10. יָמֵינוּ שְׁנֵינוּ בְּהֵם שְׁבַעִים שָׁנָה

וְאֵם בְּגִבּוֹרֹת שְׁמוֹנֵי עָשָׂר וְרִבְחָם עָמַל
וְאֵן כִּי גַד הִישׁ וְנִעְפָּה :

Ἡμεραι ἐνιαυτῶν ἡμῶν ἐπ' αὐτοῖς ἐβδομηκε-
ταῖς ἔνιαυτὸν. Καὶ εἰ μὴν! ὅτι ἑ ὀπικρατει-
ῶν, συγκομισαὶ [ὀγδοήκοντα] ἔνιαυτῶν. Καὶ
τὸ ἔυρος αὐτῶν μολῶ καὶ πόνῳ. Ὅτι ἐξάξαι
ὄξυ, καὶ ἰπῶίμεθα ἂν. *Dies (ultimi) an-
norum nostrorum in illis (mille annis) sunt
septuaginta anni: Et cum optimis, octo-
ginta anni: Et reliquum illorum erit
labor & arumna. Nam expellat
subito, & avolaverimus.* In istis mille
Judaici imperii & fortunæ annis, septua-
ginta




ginta sunt ultimi Hierosolymæ & potestatis deletæ anni usque ad Zachariam; ad hæc Esrætempora præsentia si meliores simul supputentur, octoginta: Omne reliquum ultimum tempus ærumnosum futurum valde, quod à pristina regni gloria longissimè absit. Brevi enim novum metuendum exilium, ut velut alis additis plane abierimus: Reditus spe dubia vel nulla! Unum novi exilii periculum residuum.

מי יירע עז אפך וכוונתך עברתך: v. 11.

Τίς μὲν διανοεῖ ἰσχύϊ τῆς ἐνίτης σου, καὶ τὴν ἐκτροχὴν σου ἐκπυροποιῶν σου; *Quis attendit vim iræ tuæ, & pro timore tui fervorem tuum?* Præsens Judaica gens, ab exilio redux, ultimo exilio propinqua, novo exilio vicina, mille sui floris & regniannis confectis, non agnoscit iudicium divinum: Finire pristinum florem ex merito. Timoris divini expertes non penetrant reipublicæ fata & ruinam.

למנות ומינך בן הורע ונביא לבב v. 12.

הַבְּמָתָ:
שָׁמַע



πρὸς τὸ νέμειν ἡμέρας ἡμῶν, ἱκανῶς δείκνυ-
σι, ἵνα ἐπιφειρωμεν σπλαγγχρον εὐγνωμονίας.
*Numerare dies nostros abunde monet, ut
adbibeamus animum sapientem.* Monet
Dei iudicium satis superque, fata rei
publicæ intimius inspicere, ruinam
intueri, causas spectare, & de futuris
prospicere, ut animi in emendationem
ferantur, in spem gentis ab interitu con-
servandæ.

לְעַבְרִיךָ וְיָחַד עִיר מְתֵי וְהַחֲחִים עַל v. 13.


עֲבָרִיךָ:

Ἐτρέφε ἂν, ὧ ὑπάρχων, Μέχρῃς ὅτῃ; μετ-
γίνωσκε, ὑπὲρ τῆ ὑπερετῶν σθ. *Muta, ô
Deus! Quando tandem? Ignosce servis
tuis.* Precibus opus est, & supplici de-
precatione, pro toto populo ad exitium
vergente. Rogandus Deus, qui ignoscat
& parcat, ne pessum eat res omnis Ju-
daici status.

שְׂבִיעֲנִי בְּבִקְרַח סִדְרָה וְרַבְרַבְנָה וְנִשְׂמַחְחָה v. 14.

בְּכֹל וְיִמְנָה:

Στύφε ἡμᾶς, τῇ χρηστότητι σθ, ἡ καὶ εὐ-
φρανθησόμεθα ἂν, καὶ κοσμηθησόμεθα ἂν ἐφ'
ἑλαίς ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. *Satura nos mane*
grā.




gratia tua, ut cantemus & lætemur omnibus diebus nostris. Exhibe nobis nunc, circa exordium novi circuli mille annorum, pristinam gratiam, quam in exordio primi illius circuli, sub Mose in liberatione ex ægypto, in priori flore gentis sub regibus, persensimus quondam: ut pariter de novo gaudeamus & lætemur nostris temporibus, ut majores nostri primis illis seculis, gente & regno florente.

שְׂמַחְנָה כִּימֹת עֲנִתְנָה שְׁנוֹת רֵאִינָה v. 15.
רָעָה:

Κόσμε ἡμᾶς καὶ τὰς ἡμέρας αἰς ἡνίας
ἡμᾶς, καὶ τὰς ἐνιαυτὰς, οἷς ἐωράκαμεν τὸνηθῆναι.
Exhilara nos pro diebus illis, quibus afflixisti nos, pro annis quibus vidimus malum. Pro ultima illa miseria populi, octoginta annorum, sub Babylo- niis & Persis præsentibus, fac respiremus. Pro calamitate ista da prosperitatem genti, ne exspiret.

עַל יִרְאַה עַל עֲבָרָה פְּעָלָה וְהִרְרָה עַל v. 16.
בְּנִיחָה:

ἀρηθῆσαι πρὸς τὰς ὑπερέτας σα πλααίς
σα, καὶ ἡ ἀδελφότης σα ὑπὲρ τῶν νῆματα αὐτῶν.
Com-



*Conspiciatur super servos tuos opus tuum,
& decor tuus super filiis eorum. Fiat*
conspicua Dei providentia erga gentem
hanc, quæ illum colit, ut manifeste ap-
pareat ex prospero successu & novo
gentis emergente flore, Deum agere
& velut laborare pro illis: ut redeat ad
illos pristina gloria & prior populi de-
cor, propageturque ad horum poste-
ros. Sint fortunata consilia & institu-
ta Antistitum pro reipublicæ salute re-
stauranda.

v. 17. וַיְהִי נָעִם יְהוָה אֱלֹהֵינוּ עֲלֵינוּ וּמַעֲשֵׂה

יְדֵינוּ כֹּכַבְנָה עֲלֵינוּ וּמַעֲשֵׂה יְדֵינוּ כֹּכַבְנָהוּ :

*καὶ ἔσω εὐμένεια, ᾧ ὑπάρχων ὁ Ἰῶν Μεγα-
λείων, ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ σκεύασμα Ἰῶν θενάριων
ἡμῶν κατέυθονε ἂν ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ σκεύασμα
Ἰῶν θενάριων ἡμῶν κατέυθονε αὐτῷ. Sit bene-
volentia, o Deus Ter Maxime erga nos:
Et opus manuum nostrarum dirige inter
nos, opus inquam illud manuum nostra-
rum dirige. Fave, ὦ Deus, restauran-
dæ genti, rebusque collapsis, ci-
vilibus & sacris, resar-
ciendis.*



CHRONOLOGIA

PSALMI XC.

*Æra exitus ex Ægypto, à Mose ad Efram,
mille anni, ex calculo communi.*

1. Exitus ex Ægypto, *sub Mose: ortus republicæ
Mosaicæ. A Mose, per tempora Josuæ & Judi-
cum, seculo I. II. III. IV.*

*ad Davidem, seculo quinto, anni 435. Corpus
reipublicæ Judaicæ, velut horis diei antemeridia-
nis, in incremento.*

435. *Seculo quinto ab exitu, anno 35. Regni Davidici
initium. Flos reipublicæ maximus, sub Davide
& Salomone, velut in medio die, in diei fa-
stigio. Quod florentissimum imperium, quan-
do ad gloriæ apicem perrexit, velut in
lucem meridiei, mox sub Rehabeamo & Je-
roboamo, seculo sexto, intestinis bellis &
regnorum diffidiis, capit sensim sensusque de-
clinare, velut post meridiem ad vesperam:
Ut flos prior marcesceret & gens caderet,
instar graminis resecti. Duravit adeo
regnum Davidicum, velut horis pomeridia-
nis, non nisi annis circiter 468, ad ultimi re-
gis Ezechiz finem; seculis ferme quinque, V.
VI. VII. VIII. IX.*

885. *Seculo IX. decrescente, regis Jojakimi anno IV.
Babylonici exilii principum.*

901. *Seculi decimi exordium, velut circa vesperam
regni & gentis, exitiosum reipublicæ, nova ob-
sidione pertinacissima Hierosolymorum per
chaldæos.*

)

902,

902. *Desolatio urbis & templi, cum exilio gentis, per*
 | Jeremiam ad ravim usq; nunciata, *cum fine regni.*
903. *Templum Hierosolymitanum à Chaldæis dele-*
 | *tum anno Ezechiaë regis ultimo. Unde ad*
 | *reditum 53. anni.*
904. 1. *Cinerum urbis & templi annus primus; seculi de-*
 | *cemi annus quartus, caliginosissimus, occasu*
 | *solis & splendoris reipublicæ.*
 | *Babylonici exilii miseria & hostium furor*
 | *crevit ad summum sub Belsazare.*
955. 52. *Babylonici imperii per Cyrum finis, cum*
 | *spe reditus Judæorum in patriam, finitis 70.*
 | *annis exilii.*
956. 53. *Seculi decimi medio, anno 56. imbecillis jam*
 | *popelli, & tenuium reliquiarum gentis, fi-*
 | *nere rei publicæ specie, reditus ab exilio in pa-*
 | *triam, anno primo Cyri, sub Serubabele*
 | *& Josua. Nulla jam amplius facies regni,*
 | *nec ullus reipublicæ decor, in exulum re-*
 | *ditu, in summa pauperie, sub Persarum ju-*
 | *go. Neque templum dein resurrexit, ni-*
 | *si à septendecim annis, anno 2. 3. 4. Darii*
 | *Hystaspis, Zacharia & Haggæo urgenti-*
 | *bus. Flebilis populi conspectus, ex mise-*
 | *ra servitute reducis.*
957. 54. *Conati quidem reduces quærere reipubli-*
 | *cæ nomen, ex sacris suis pristinis restau-*
 | *randis, quando ad edificiis sacri fundamen-*
 | *ta ponenda se composuerunt. Sed resti-*
 | *tere statim Cuthæi, s. Damasceni, in Sa-*
 | *maria coloni: ut labor omnis esset fru-*
 | *straneus: Jaceretque porro templum 16.*
 | *annis, sub Cyro, Cambyse, Smerdi, usque*
 | *ad Darii Hystaspis annum 2.* 962.

962. - 59. Cyrus suo obitu nullam spem fecit gentis
 | | fortunæ.
963. - 60.]
964. - 61. Sub Cambyse, qui annis 7. regnavit, an-
 965. - 62. nis septem adhuc in ruderibus templum,
 966. - 63. gente nec in sacris nec civilibus ad ul-
 967. - 64. lum reipublicæ decorem pertingente.
968. - 65.]
969. - 66. In Cambysis morte nihil adhuc præsidii
 | | Judæis.
970. - 67. Smerdes, Magus, septem fere mensibus
 | | regno potitus, nullam Judæis spem fecit.
971. - 68. Darius Hystaspis, qui Atossam s. Vasti du-
 | | xerat, spes gentis.
972. - 69. Haggæi & Zachariæ nutu, Josua & Seru-
 | | babel templi ædificiique sacri structuram
 | | aggressi.
973. - LXX. Anno 3. Darii sub Zacharia templum surrexit,
 | | anno nempe 70. à primis cineribus, Dario
 | | consentiente; Zachar. cap. 1, 12. & 7, 5.
974. - 71. Templum quidem surgere perrexit, sed
 | | Zacharia cades in templo inter sanctuarium
 | | & aram, à sacerdotum primatibus, male
 | | ominata reipublicæ resurrecturæ.
975. - 72.]
976. - 73. Templum quidem perfectum, festum Excæ-
 | | niorum celebratum, imperfectâ plane re-
 | | publicâ, & ex cæde Zachariæ acerbissime
 | | correptâ per Malachiam, cum omine exi-
 | | tii & exilii novi.
977. - 74. Pascha quidem celebratum, mense 1. die
 | | 14, sed genti triste ex Zachariæ cæde, cum
 | | sola.

solatio advenientis *Efra*. Cum *Esthera* s. *Artistona* hoc anno *Darii Hytaspis* facta esset uxor, *regina*: *Vinit Efra* à *Babylonia Hierosolyman*, & reformavit perditam moribus gentem, si qua ad reipublicæ formam revocare legibus posset, etiam *Josua* summi sacerdotis nepotibus & cognatis reprehensis, *Serubabele* adhuc vivo & inspiciente.

978. - 75. | *Efra*, in legibus resuscitandis, populi-
979. - 76. | que religione & fortuna redintegran-
980. - 77. | da, occupatus totus, templo jam
981. - 78. | stante; ut *præstantissimum* hoc esset à redi-
982. - 79. | tu tempus.

983. LXXX. In Persia *Haman*, in Curia *Darii Hytaspis*, anno Regis 12, execrabilis suâ sorte exitium genti *Judaica* per omnes *Darii* ditiones, adeoque & *Judæam*, paravit, funestus *Judæorum* hostis, *Estherâ* reginâ afflictissima.

Nuncii ad cadendos omnes *Judaos* è Persia in omnes imperii fines per literas & cursores missi.

Quod immane periculum cum non posset latere *Efram*, vel ex Perside nunciis per Reginam *Estheram*, *Mardochæum*, aliosque acceptis:

Hoc puncto & temporis & fortunæ periculosissimo, *Judæorum* antistites *Hierosolyms*, ipseque *Serubabel*, adhuc superstes, non potuerunt non ad jejunia, ad preces publicas confugere, ad consilia pro gente

gente conservanda, in extremo presentē
per Hamanem periculo.

In quo *terribili Judaica gentis precipitio*,
quando per hostes, per præfectos omnium
provinciarum imperii aut domini Persi-
ci, Judæis ex mandato Darii deserto stra-
ges communis & totalis omnium capi-
tibus impendit: *Esra orationem* inter
alias *supplicem* contexit, in sacris, inter
sacrificia, in jejunio publico, flebiliter
& devote accinendam, pro exorando
Deo, ad gentem in discrimine versan-
tem conservandam & ab exitio liberan-
dam, *Psalmum XC.* Idque pro affectus
teneritudine, *nomine Mosis*, primi fun-
datoris populi; ut ejus velut apud Deum
intercessio, pro more illius veteri, pro
sua republica, populum ad pœnitentiam
moveret fortius, sensu devotionis tene-
rioris. Quæ *Mosis prosopopœia, presentī sta-
tū maxime accommodata*, quando de illius
republica, sub finem presentem mille
annorum fatalem, actum maxima cura,
*Contra Hamanis virulenta ac cruenta consi-
lia*, qui regis Darii autoritate ad Judæos
omnes extinguendos abusus, *oratio di-
recta.* Excitatus populus ad reipublice
*Judaica fata, à Mose ad illud tempus, pon-
deranda*, & quam *effluerit jam circulus
mille annorum à Mose, cum fine gentis im-
pendente*, considerandum: Cum adhor-
tatione ad seriam pœnitentiam, & pre-

ees ardentēs pro gentis conservatiōe. Atque ita hac nomine Moſis ſcripta oratio, Eſræ manu, divino ſpiritu, in ſummo illa ætate univerſi populi diſcrimine, anno LXXX. ab exitio nupero templi & urbis per chaldaos. Quæ fara templi nuperrime extincti; per annos LXX. ad Zachariam jacentis, & per annos decem ſolum ſtantis, uſque ad annum præſentem LXXX. tanto diſtinctius memorat Eſra, quanto propinquius appareret novum iterum incendium templi, vix ac ne vix quidem reſuſcitati, per Hamanem, & civinos Perſarum præſides & præfectos. Speravit Eſra quidem ſalutem, ut Hamanis conſilia turbarentur ac everterentur: Uti mox eodem anno feliciter evenit, Eſtherâ apud Dariū pro ſuo populo intercedente, ut literis novis & nunciis aboleretur decretum cædis: Nihilominus tamen prævidit & prædixit Eſra in ipſa oratione, *reſiduum circuli illius fatalis mille annorum populi Judaici, annorum 17. fore per artes & inſidias hoſtium arumnoſum, pronum ad aliud ſubitum gentis exilium.* Docuitque eventus, populo licet tunc ſervato, conſiliis Hamanis mature detectis & ſubverſis, *Tempora ſecuta fuiſſe calamitoſiſſima. Serubabele parum promovente, & poſt Serubabelem Nehemia cum hoſtibus acriter dimicante.*

984. . 81.]

985. . 82.]

986. . 93.]

987. . 94.]

988. . 85.]

989. . 86.]

990. . 87.]

991. . 88.]

Esra legibus, consiliis, institutis, orationibus genti vacillanti & nutanti subvenire contendit.

Defunctus Serubabel, qui moenia urbis jacentia reliquerat intacta.

Nehemias, superioribus periculis cautus, venit Hierosolymam, legatus Darii, pro urbe restauranda, & contra hostes munienda, Esrae adjutor.

Hostes statim reperit intensissimos, *Sanballatum Choronitam & Tobiam, Toparchas*. Quorum artes, insidiae, contentiones, multae & acerbae, contra rempublicam Judaicam, quomocumque resurgere annitentem, Esra & Nehemia laborantibus. Muris qualitercunque resarcitis, Esra publice codicem praelegit sacrum, festo tabernaculorum celebrato, foedere cum Deo, pro legibus servandis sancito. Omnia in summa anxietate, hostibus adversantibus.

992. . 89.]

993. . 90.]

994. . 91.]

995. . 92.]

996. . 93.]

997. . 94.]

998. . 95.]

999. . 96.]

Esra & Nehemias, inter hostium odia & continuas machinas, inter ipsorum met Judaeorum occultas prodiones & cum hostibus conspirationes, *arummosa viderunt tempora.*

At.
io,
no
an.
bis
ri-
ha-
fo-
em
ra,
um
vix
&
os.
Ha-
en-
ve-
oo-
&
Ni-
xit
il-
an-
no-
bi-
us,
Ha-
em-
bele
be-
mi-
84.

1000. - 97. Anno hoc 97. à templo destructo, 45.
à reditu ab exilio, 29, Darii Hytaspis,
Esrâ & Nehemiâ præsentibus, finiri sunt
mille anni aë exitus ex Ægypto, ab ortu rei-
publicæ ad hæc Esra tempora.

Sic à Mose ad Esram mille anni,

In quibus mille annis reipublicæ Judaicæ secun-
dum decimum, præsens, calamitosissimum: Quip-
pe in quo effluerant 70. anni primi, templi deleti,
sive à templo destructo ad instaurationem sub Za-
charia Propheta. Decem sequentes anni, à Zacha-
ria ad Esram, adeoque à templo deleto ad Esram,
jam 80. anni, tædiis porro pleni, tametsi hi decem
ad Esræ tempus præsens viderentur hoc seculo
optimi, ex templo resuscitato. Reliqui 17. anni,
pro pleno aë mille annorum circulo, sub Esra & Ne-
hemia, ærumnarum plenissimi, sub continuo no-
vi exilii & exitii metu.

Hæc facies aë Judaica mille annorum, à Mose ad
Esram, Psalmo XC.

Apud SCHNORRIUM.

A, MDCCXVI.

153 238

ULB Halle

3


005 366 64X



12







B.I.G.

Farbkarte #13



10

**MOSES & ESRA
PRO REPUBLICA**

SERVANDA

Psalmo XC.

**AB ADMINISTRATIONE
ACADEMICA
HERMANNI von der Harde.**

Helmstadii,

**Typis SALOM. SCHNORRII.
A, MDCCXVI.**

LV
A, I

